## CIRCARIA WESTFALIAE

Haec circaria fuit quoad numerum domuum maxima ordinis. Quinquaginta monasteria eius erant dispersa super varia territoria saecularia inter diocesim Verdensem in aquilone et ripas Mosellae in austro, complectebatur ergo totam Westfaliam, maiorem partem Rhenaniae, et partes Nassoviae, id est dioceses praesertim Coloniensem, Trevirensem et Monasteriensem. Duo monasteria erant sita in actuali provincia Hannover, et unum in Limburgo Neerlandiae. De Altenberg disputabatur cum Vadegotia, de Hagenau cum Suevia. Heinsberg primitus pertinuit ad circariam Brabantiae, ad quam Houthem postremo transit. Reekhem, parthenon in Belgio, in antiquissimis elenchis circariae Westfaliae adscribitur.

Ex illis quinquaginta erant octo tantum abbatiae virorum, quarum primatum tenuit Steinfeldia, longe praestantissima domus totius ordinis in Germania. Canoniae in Westfalia ipsa, praeter Arnsberg, erant ab anno circa 1200 exclusive nobilitati minori reservatæ[1], in maximum detrimentum disciplinae.

Et hic primitus omnes canoniae a praeposito regebantur, ut de more in Germania. Sed anno 1177, finito schismate, quo scissio in ordine fuerat orta, Praemonstratum urgebat arctiorem nexum Germanorum cum capite ordinis, cuius signum externum in hac nostra circaria erat introductio tituli abbatis. Circa annum 1200 orta est altercatio, utrum coenobia nostra exclusive nobilitati sint reservanda an non. In pluribus canoniis Westfaliae vicerunt nobiles, et in signum protestationis contra canonias „ignobiles" circa annum 1210 iterum derogaverunt dignitatem abbatialem iam introductam, et tenaciter in posterum praepositurali adhaeserunt. Inter has canonias nobiles in Westfalia eminet Cappenberg, prima fundatio ordinis in Germania anno 1122.

---

[1] Ex quo facto Ramackers (Adlige Præmstifte o. c.) deduxit aliquem characterem „aristocraticum" totius ordinis, quod vero nullo modo teneri potest.



ELENCHUS

Longe praevalebant moniales hac in circaria, nulla nempe tot habuit parthenones quam illa. Maior pars horum 35 asceteriorum aeque erat nobilitati reservata. Canonissae hae nobiles semper studuerunt se jugo regularitatis detrahere et normam canonissarum saecularium assumere, quod illis successit in Bedburg, Flaesheim, Stoppenberg et Elsey. Quidam parthenones fuerunt praelaturae sui juris, a praepositis infulatis gubernati (ut Houthem et Heinsberg), maior pars vero erat sub tutela patris abbatis, cuius vices gessit prior amovibilis. Praepositi independentes studuerunt aliquamdiu etiam professos canonicos et conversos accipere – quod usque ad annum 1317 ceteroquin illis fuerat permissum – sed Capitulum Generale talia severe interdixit, sicut et conamina magistrarum et priorissarum, titulum abbatissae sibi vindicandi. Parthenones habuerunt etiam parochias incorporatas, quae generatim a canonicis matrum abbatiarum administrabantur[2].

Floruerunt litterae et studia, quibus destinatum fuit ut studium commune conspicuum Collegium Norbertinum Coloniae. Inter Sanctos et Beatos ordinis in hac regione eminent Sanctus Hermannus Joseph, Canonicus Steinfeldensis, populo Rhenano dilectissimus, Beatus Godefridus Comes et fundator Cappenbergensis, et Beata Gertrudis Monialis Altenbergensis, filia Sanctae Elisabeth.

Ante annum 1500 in hac circaria iam desierant 2 coenobia virorum et 10 virginum. Saeculo XVI vero ordo hic amisit 3 domos virorum et 7 asceteria. Novae acquisitiones recentioris temporis erant Antonigartzem et Marienstern, sicut et Collegium Coloniense. Quatuor asceteria mutata sunt in domus virorum. Saeculo XVII residua circariarum Vadegotianae et Ilfeldensis, a saecularisatione saeculi praecedentis fere consumptarum, Circariae Westfaliae unita sunt. Annis 1802/03 tota circaria per saecularisationem deleta est.

Ecclesiae 20 coenobiorum non iam existunt, tamen aedificiorum maior pars subsistit. Praeter unam alteramve ecclesiam vero minoris sunt momenti quoad artem et pulchritudinem. Ecclesia romanica de Knechtsteden est de pulcherrimis totius Rhenaniae, sed et Steinfeldensis, Cappenbergensis et Bedburgensis sunt spectabiles. Arnsteinensis ecclesia, speciose sita in monte, est pulcherrimum exemplum styli transitus romano-gotici.

Aedificia claustralia hac in circaria potius exigua sunt dicenda atque modica, nec ullo modo aequiparari possunt magnificentia et amplitudine illis, quas habent circariae Sueviae, Bavariae et Bohemiae. Tamen pulchra extant claustra cum capitulis e medio aevo in Sayn, Rommersdorf et Hamborn.

---

[2] Vide: „De monasteriis monialium sub Steinfeld" (MS HStA Düsseldorf, Dep. Stadt Köln II Ausw. Nr. 324).

Duobus tentaminibus frustratis, ordo revertit in Rhenaniam anno 1959 per restaurationem antiquae canoniae Hambornensis.

## ALTENBERG B.M.V., SS. Michaelis et Nicolai

Cella in Monte Sti. Michaelis, Aldynburch, Aldinburc, Altemburg. Vitetur confusio cum abbatia O. Cist eiusdem nominis prope Düsseldorf. Prope Wetzlar, Dioec. Trier, nunc Limburg.

Parthenon insignis, nobile et locuples. Fundatus est inter annos 1164 et 79 a Godefrido quodam sacerdote, et praedicatore itinerante, probabiliter eodem qui fundavit asceterium Beselich.[1] Primae moniales venerunt ex Wülfersberg. Stetit sub paternitate abbatis Rommersdorfensis, cuius abbas Engelbertus participavit in fundatione. Initio videtur pertinuisse ad Circariam Vadegotiae, teste catalogo Scheftlariensi. Fridericus Aenobarba Imperator asceterio concessit immedietatem (Reichsunmittelbarkeit). Tertia magistra fuit Beata Gertrudis, filia Stae. Elisabeth (†1297, festum die 13a Augusti), sub qua monasterium bene floruit 1270: 70 moniales. Ecclesia constructa est annis 1260/70. Comites de Solms habuerunt ibi suam sepulturam. Advocatia, quam ipsi sibi arrogare studuerunt, fuit penes Hessen-Nassau et archiepiscopos Trevirenses. Usque ad saeculum XVI habuit 4 ecclesias jure patronatus dependentes. Annis 1643/46 moniales, ab hoste expulsae, habitaverunt in Wetzlar. Anno 1730: 13 canonissae nobiles et 4 conversae, 1794: 15 canonissae. Anno 1802 suppressum et comiti de Solms Braunfels addictum est, reliquiae considerabiles Stae. Elisabeth (anulus maritalis, amphora, et rubra casula e veste nuptiali confecta) sicut maior pars archivi nunc sunt in castro Braunfels. Monasterium inde a suppressione omnino fuit desolatum, in ecclesia tantum in festo Stae. Gertrudis celebratur missa., ceteroquin cultui lutherano inservit. Hodie est ibi domus matrix diaconissarum ex Königsberg profugarum.

Archivalia: StA Koblenz: 22 dipl. 1192/1804, 28 copiae chartarum, 9 fasc. Literalia. Chronicon ca. 1650 (auct. P. Diederichs) – StA Wiesbaden: 33 dipl. 1299/1737, Rentale 1349, 12 fasc. acta s. XVI/1818 – Fürstl. Archiv Braunfels (Altenberger Archiv): 901 dipl. 1226/1803, 15 fasc. acta 1529/1790, 5 Bde. Kopiare 1644/1785, 100 voll. Rechnungen, Güterverzeichnisse, Lagerbücher 1519/1802. Chronicon „Antiqui-

[1] Quae omnia documentis non sunt probata. Prima vice in eis occurrit asceterium in diplomate caesareo Henrici VI ex annis 1191/92. De cognomine „Mons Sti. Michaelis“ vide infra notam sub Wulfersberg.

tates mrii. Altenbergensis" auct. P. Diederichs ca. an. 1650 – BMun Nancy MS 992/I 80, 83/91, 98/151

Bibliographia: Ausfeld 71 – Bärsch II 147/49 – Becker 56 – Beyer/Eltester/Görz III 646, 649, 754, 923, 1094, 1139, 1212 – Brower/Masen II 73 ff. – Brunner 767/68 – Demandt II cf. ind. – DHGE I 793 – Gall. Chr. Nova XIII 667 – Goovaerts I 139, 189, 338, 490 – Grote 10 – Gudenus II 77, 84, 88, V 321 – HHD IV 3 – Hugo I 155, prob. 91/102 – Keuffer/Kentenich 169 – LThK I 314 – Lienhardt EphHag 133, 231, 342 – Marx II 2, 194/200 – PAAS Prov Kap. – idem Vis. Ber. – RegImp V, VI 1 et 2, VIII cf. ind. – RepGerm IV 64 – Stramberg Rhein. Ant. II 3, 780/800 – Waefelghem 7 – ZAK PAM – N. Abicht, Der Kreis Wetzlar (W. 1836) II 118/19, III 83/100 – F. Ebel, Das Prämonstratenserinnenkloster A. an der Lahn, Magdeburg 1905 – M. Fritze-Becker, Die Wandmalereien der ehemal. Prämonstratenserinnen-Stiftskirche A. an der Lahn (Hessisches Jahrbuch X 1960, 44/96) – H. Gensicke, Gottfried von Beselich. Untersuchungen über die Anfänge der Klöster A., Walsdorf und Beselich (NassAnn LXVIII 1957, 33/40) – F. Himmelreich, Angeordneter Bettag seitens des Erzbischofs von Trier . . . für den Freitag nach Invocabit 1541. Aus dem Annuarium des Klosters A. (AMrhKG XXVIII 1934, 181) – idem, Der Auszug der Nonnen aus dem Kloster A. 1646 (Mittlgn. d. Wetzlarer Gesch. Vereins VI 1917, 14/17) – H. Kissel in Anal. Praem. VI 1930, 144/54 – C. Knetsch, Fuldaerinnen im Kloster A. (Fuldaer Geschichtsbll. 1926, 17/20) – K. Köster, Mittelalterliche Weißstickereien aus dem Kloster A. in amerikanischen Museen (NassAnn LXX 1959, 236 A) – E. Küppers/M. Kratz, Kloster A. a. d. Lahn, Wetzlar 1977 – P. Lefevre, Une bulle d'indulgences en faveur du culte de la bienheureuse Gertrude d'A. en 1311 (Anal. Praem. XXVII 1951, 162/64) – W. Matthaeus, Der Flügelaltar des Klosters A. (Heimat an der Lahn, Beilage zur Wetzlarer Neuen Zeitung, XII 1965, Nr. 127) – H. L. Neuner, Kostbarkeiten in der Kirche zu A. (ibidem Nr. 116) – W. Podszeck, Kloster A. Der Abwehrkampf eines reichsunmittelbaren Klosters in der Neuzeit, Diss. Gießen 1938 – K. Rumpf, Alte Hessische Stickereien (Hessenkunst, Jb f. Kunst u. Denkmalpflege in Hessen, XXI 1927, 45/60) – A. Schönwerk, Geschichte und Heimatkunde von Stadt und Kreis Wetzlar, W. 1954, 2a ed. 1975, 211/217 – M. Sponheimer, Das Zinsregister des Klosters A. von 1349, Wetzlar 1931 – N. v. Ulmenstein, Geschichtliche und topographische Beschreibung der Stadt W. (Hadamar u. Wetzlar 1802/10) I 97/106) – F. Wiese, Urkundenbuch der Stadt Wetzlar, Marburg 1911, I Reg. 650/51 – Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit V 1858, 409/11 – De Beata Gertrude: AASS Aug. III 142/43, et Anal. Praem. VIII 260/64, XXVII 162/64.

## Series antistitum (Diederichs, Abicht)

### 1. Priores

Arnoldus ca. 1334
Conradus Willgen
Gerlacus
Giso
Henricus de Lentz
Reinardus de Colonia
Godefridus de Hachenberg 1430
Gizo Kellner 1467
Georg v. Hees 1516
Johannes Maul 1531/47
Johannes Widdig 1584
Georg Kramprich 1624
Johannes Bielen 1629/36
Henricus Ojen 1636

Petrus Diederich 1643/55
postea abb. in Rommersdorf
Ludwig Mentges 1655
Georg Herstern 1694
Wilhelm Edelborn 1700/39
Hubert Grandjean 1739/53
Henricus Rhode 1753/61
Isfridus Gundelohe depos. 1761

2. Magistrae

Laodamia
Christina v. Biel 1229/48
S. Gertrudis 1248/97
Catharina v. Nassau 1297/1324
Gertrudis 1324/33
Mayna v. Limburg 1343/69
Elcke v. Ziegenhain 1356/69
Willeburg 1390/92
Anna v. Solms 1390/91
Agnes v. Solms 1451/54
Catharina v. Solms 1458
Agnes v. Solms 1463/91
Catharina v. Solms 1499
Agnes v. Solms –1531
Anna v. Dudelsheim 1531/53
Maria v. Rollshausen 1553/59
Maria Schenk v. Schweinsberg 1559/80
Dorothea v. Dudelsheim 1580/1602
Elisabeth Scheid v. Wäschpfennig 1602/26
Anna Elisabeth v. Riedesel 1626/35
Christina Beyer 1635/44
Juliana Catharina v. Ders 1644/55
Martha Magdalena v. Hopfen 1655/84
Anna Margareta Forstemeister 1684/1721
Margareta Catharina v. Calenberg 1724/32
Francisca v. Ketschau 1732/49
Catharina v. Schleifras 1749/65 res.
Juliana v. Lehrbach 1765/71
Eleonore Ernestine v. Bastheim 1771/92
Luise v. Bode 1792/1803, † 1814
Inseri nequeunt (ex necrologio, s. XIV/XV)
Elisabeth, Hedwig, Jutta, Imagina, Anna v. Rieneck

## ANTONIGARTZEM St. Antonius Abbas

Hortus Sti. Antonii, Gartzem, Nieder-, Tönisgartzem.

In parochia Obergartzem, prope Satzvey in districtu Euskirchen, Rhenania, Dioec. Köln.

Parthenon, prioratus. Emmerich de Gartzem toparcha fundavit juxta capellam Sti. Antonii tres cellas pro beginis anno 1352. Quod monasteriolum iam anno 1370 ex inopia desierat. Anno 1474 Hubertus de Gartzem, ex eadem familia, restauravit coenobium, hac vice pro fratribus O. Sti. Francisci. Qui pariter mox abierunt. Advenerunt dein anno 1490 canonissae Ord. Sti. Sepulchri ex Belgio, quae manserunt usque ad annum 1507. Monaste-

rium derelictum denuo populavit anno 1520 Wirich de Gartzem, sororibus Ord. Sti. Francisci, quae mox regulam Sti. Augustini adoptaverunt. Quarum directionem archiepiscopus Coloniensis commisit abbati Steinfeldensi. Iterum iterumque moniales petiverunt, ut in unionem Ordinis Praemonstratensis acciperentur, sed frustra. Iam anno 1670, etsi in Ordinem nondum receptum, asceterium adnumeratur Circariae Westfaliae[1]. Annis 1642 et 1673 incendio deletur, anno demum 1681 novae aedes perficiuntur. Tandem anno 1705 tentamina earum successerunt, et paupercula domus recepta est in Ordinem, ut parthenon sub paternitate abbatum Steinfeldensium. Anno 1802 est suppressus, aedificia nunc sunt vacua et desolata.

Archivalia: StA Düsseldorf: 16 dipl. 1357/1789, acta varia (v. Ilgen). – Akten Steinfeld 27 (1501/1786) – Dioec. Arch. Aachen: acta saec. XIX – BMun Nancy 992/VIII 211/30. –

Bibliographia: Baersch 163/64 – Clemen IV 4 (1900) 11 ff. – Fabricius V 1, 229 – HHD III 490 – Hugo I 703 – Ilgen 77 – LThK IV 294 – Oediger 156/57 – PAAS Prov. Kap. – idem Vis. Ber. – Podlech III 125/26 – Schannat/Bärsch III 1, 161 – Schorn I 606/13 – ZAK PAM – M. Hereswitha, De vrouwenkloosters van Heilig Graf in het prinsbisdom Luik vanaf hun ontstaan tot aan de franse revolutie 1480–1798 (Université de Louvain, Recueil de Travaux d'Histoire et de philologie 3e ser. IV), Louvain Anvers 1941; p. 31, 32, 43, 44, 246: Orde van het Heilig Graf (Inleiding tot de Geschiedenis van het Kloosterwezen der Nederlanden A ij, 1 f.) Brussel 1975, p. 91, 100, 128, 130 – S. Mooren, Tönis-Gartzem (AHVN 13/14, 286/89) – T. Paas, Das Kloster Gartzem und die Abtei Steinfeld (Euskirchner Volksblatt 1931, Nr. 1).

### Series antistitum (Mon. Steinfeld)

### Priores ex Ordine

Praemonstratensi. Nisi aliter notetur professi Steinfeldenses.

Matthaeus Schleiden (Reichenstein) 1552–57
Conrad Kemp 1564–68
Godefridus Vreidel 1595–1610
Godefridus Antonianus 1611–14
Wilhelm Preiß 1614–32
Gerhard Knoir 1629–37
antea abb. in Sayn
Henricus Stroyff 1637–50
Henricus Lutgeri 1654–62
Hermannus Brochel 1662–64
Melchior Wirtz (Sayn) 1664–69
Philipp Stoll 1° 1669–71
Hieronymus Cranenbach 1671–73
postea prior in Füssenich
Philipp Stoll 2° 1673–81
Wilhelm Brewer 1682–1708
Friedrich Scheben 1708–25
Heinrich Bienenfeld 1725–31
Bartholomaeus Schmitz 1731–
Joh. Lohelius Begasse ca. 1740
Lucas Schackinger –1744
Ernst Becker 1746–73
-Balthasar Ohrem 1773–84
Anselm Spüritz 1784–1802

[1] BMun Nancy MS 1006, p. 290.

### Magistrae

Maria v. Virnich 1521–
Adelheid v. Kaldenbach 15..–res.
Anna v. Aldenahr ca. 1545–78, res.
Adelheid v. Panhausen ca. 1575–1610
Clara Casteren 1610–40
Maria Krämers 1640–81
Katharina Heck 1681–90
Caecilia Trimborn 1690–1715
Agnes Schorn 1715–49
Maria Christina Broels 1749–79
Helena Römers 1779–
Anna Kreuzberg –1802, † 1822

## ARNSBERG B.M.V. et St. Laurentius

Arnesberga, Arnisberg, -burg (vitetur confusio cum abbatia Arnsburg O. Cist in Hassia.) – Dum extiterit, canonia fere exclusive vocabatur Wedinghausen, Wedynhusen, Weddinchusen.

Civitas in Westfalia, Dioec. Köln, nunc Paderborn.

Praepositura, dein (1186/1217, definitive 1518) abbatia. Monasterium duplex usque ad annum circiter 1193 (vide infra apud Rumbeck). Fundata circa annum 1170/73 ab Henrico I. comite de Arnsberg in castello suae familiae, qui una cum fratre suo Richardo intravit. Filia de Marienweerd, a medio saeculo XVI sub paternitate de Knechtsteden. Anno 1173 confirmatio archiepiscopalis. Anno 1193 translata est canonia in Rumbeck, sed mox (ante 1196) canonici reverterunt, relictis ibi monialibus. Ab initio monasterium etiam patuit ignobilibus. Obiit ibi an. 1190 in odore sanctitatis Richardus dictus Anglus, egregius scriptor et theologus. Parochiae incorporatae: Werl cum duabus vicariis, Hüsten, Wedinghausen. Asceteria incorporata: Rumbeck, Ölinghausen, ad tempus etiam Nijmegen St. Magdalena. Anno 1210 combusta est canonia, saeculo XVI tantopere elanguit, ut paene sit suppressa. Anno 1583 a Calvinistis adeo fuit devastata, ut existentia eius fuerit in discrimine. Gymnasium celebre, quod vocabatur Norbertino-Laurentianum, fundatum est anno 1643, et an. 1712 auctum est per duas classes. Anno 1725 abbates infulantur. Annis 1794–1803 hic fuit refugium capituli cathedralis Coloniensis a Gallo invasore expulsi. Anno 1803 suppressum est cum 25 canonicis. Ecclesia nunc est parochialis, in monasterio est schola.

Archivalia: StA Münster ca. 700 dipl. 1173/s. XVIII; 3 copialia, 3 voll. MSS (annotationes historicae s. XV/XVIII); 1 rentale, 1 inventarium, 1 obituarium s. XV/XVI (edd. Seibertz I 251- 55. Originale interca periit) – Altertumsverein Paderborn: Chronica ca. an. 1700 – BMun Nancy 992/I 230 sq, II 3/11 –

Bibliographia: Backmund MaGSchr 314 – Bärsch 103/06 – Caesarius II 354 –

COTTINEAU 156 – DHGE IV 628/30 – DOLISTA Cap Sax 157 – FABRICIUS V 1, 348, 2, 635 – Gall. Chr. N. III 800/02 – GOOVAERTS I 19, 28, 45, 52, 54, 88, 99, 120, 127, 129, 141, 150, 213, 235, 240, 241, 258, 370, 388, 396, 402, 470, 472, 489, 503, 505, 519, 533, 582, 600, 615, II 46, 82, 91, 96, 101, 119, 142, 147, 161, 228, 244, 247, 268, 352, 359, 377, III 20, 58, 160, 175, 182 – HHD III 640 – HUGO Ann. I 194, prob. 115/19 – IDEM, SAM Ep. Gerv. 104 – JL 17503 – JOESTER Urkb. cf. ind. – KLUETING Säkul. 316 – LEPAIGE II 514 – LIENHARDT Eph. Hag. 17, 192, 200, 216, 217, 263, 368 – PAAS, Kampf – IDEM Prov. Kap. – PODLECH II – POTTHAST RPR 5342 – PRESSUTTI 55 – RAMACKERS Urk. Nancy 130 – RepGerm IV 201, 605, 866 – SAUERLAND IV 776, 1321, 1341 – SCHMITZ KALLENBERG 314 – STEINEN 69/74 – WAEFELGHEM 11 – Westf. Urkb. I/VII cf. ind. – ZAK PAM – H. CLAUSSEN/N. EICKERMANN, Die Schriftbänder in den Wand- und Gewölbebildern im Kreuzgang des ehemal. Präm. Kl. Wedinghausen (Westfalen LIII, Münster 1975 186/89, cf. XLI 1963 12ff.) – Die Propsteikirche in A., Sammelband 1951. (Continet: A. RITTER, Baugeschichte der Abteikirche W. 1/7 – F. MENNE, Innenausstattung der ehemal. Abteikirche 8–11 – A. HARDER: Die Fürstenberg-Denkmäler in der Arnsberger Propsteikirche 12–16) – K. FEAUX DE LA CROIX, Geschichte von Arnsberg, A. 1895, 94/118, 481/502 – J. HASHAGEN, Zur Sittengeschichte des westfälischen Klerus im späteren Mittelalter (Westdeutsche Zschr. f. Gesch. u. Kunst XXIII 1904, 102/149) – F. X. HOEGG, Geschichte des Klosters und des Gymnasiums zu A., A. 1843 – HÖYNCK/LUDORFF, Die Bau- u. Kunstdenkmäler des Kreises A., Münster 1906, 32/40 – F. A. HÖYNCK, Geschichte der Pfarreien des Dekanats A., A. 1907, 81–166 – K. KESSLER, Kloster Wedinghausen, Arnsberg 1953 – H. KLUETING, Klosterbibliotheken im Herzogtum Westfalen am Ende des 18. Jahrh. (Zschr. f. Histor. Forschung VII 1980, 77/111) – F. I. PIELER, Geschichte des Klosters W. bei Arnsberg und des dortigen Gymnasiums. Abt. 1: Gesch. des Klosters bis zum Jahr 1368 (Arnsberger Gymnasialprogramm 1832) – H. RICHTERING, Kloster W. Ein geschichtlicher Abriß (Jb des Ver. f. Westfäl. Kirchengesch. 1969, 11/42. Etiam continetur in C. BRÜGGEMANN/H. RICHTERING, Abtei Wedinghausen, Propsteikirche St. Laurentius Arnsberg, Städtekundl. Schriftenreihe über die Stadt Arnsberg, Heft 6, Arnsberg 1971) – A. SCHMIDT, Wedinghäuser Urkunden (NArch 1888, XIII, 606/07) – M. SCHÖNE, Das Herzogtum Westfalen unter Hessen-Darmstädtischer Herrschaft 1802–16 (Landeskundl. Schriftenreihe für das kölnische Sauerland I, 1966, 120ff.) – E. SCHUMACHER, Das kölnische Westfalen im Zeitalter der Aufklärung, Olpe 1967 – R. WISNIEWSKI, Die Darstellung des Niflungenunterganges in der Thidreksaga (Hermaea NF IX Tübingen 1961, 215, 216, 299. Cf. BACKMUND, MaGSchr 314).

## Series praesulum (BRÜGGEMANN/RICHTERING)

### 1. Praepositi

Reinerus 1173

### 2. Abbates

Christianus 1196/97
Arnoldus 1202/17

### 3. denuo praepositi

Hartmod 1217/47
Wilhelm ca. 1253
Heinrich ca. 1258
Friedrich ca. 1261
Eustachius 1267/71
Wigandus 1272/1303

Gerardus 1305/13
Joannes Maken 1315/20 res.
Theodoricus 1320/22 res.
Henricus Lange 1323/37
Gerardus v. Ense 1340/42
Berthold ca. 1343
Hermann v. Medebach 1352/53
Jakob v. Hemsode ca. 1357
Hildebrand v. Dortmund ca. 1370
Gottfried v. Plettenberg 1371/79
Arndt Wulf 1387/1404
Gerwin v. Schungel 1407/55
Herbord Meinershagen 1455/69
Widekind v. Plettenberg 1469/86
Johann Messen 1486/1511
Johann Bock 1511/13
4. denuo abbates (1518–)
Adrian Tutel 1512/31
Hermann Lilie 1531/50
Johann Stockhausen 1550/55
Michael Brandis 1555/81
Sedisvacantia 1581/87
Johann Köster 1587/1610
Gottfried Reichmann 1613/43
Theodor Kellner 1643/49
Lambert Topp 1649/53
Heinrich Koch 1653/63
Michael Reinhartz 1663/88
Norbert Bicker 1688/1715
Karl Berg 1715/24
Hermann Ascheberg 1724/26
Nikolaus Hengsbach 1726/36
Adrian Höynck 1736/49
Ludwig Leine 1749/70
Norbert Engelhard 1770/81
Franz Fischer 1781/1803 — † 1806

Inseri nequit: Leo (BMun Nancy l. c. 285)

## ARNSTEIN B.M.V. et Stus. Nicolaus

Arin-, Aren-, Arnestayn, -stain, -stein, Lapis Aquilae.
Amoenissime situm in valle fluminis Lahn, juxta Obernhof non longe a Koblenz versus Orientem, Dioec. Trier, nunc Limburg.

Praepositura, dein paulo post fundationem abbatia conspicua, immediata et imperialis. Ludovicus comes Arnsteinensis anno 1139 castrum suum A. mutavit in monasterium duplex ordinis nostri, in quod ipse cum uxore sua Guda intravit. Ambo considerantur ab ordine ut „venerabiles". Filia Gratiae Dei (Gottesgnaden in Saxonia). Primum ad circulum monasteriorum Saxoniae pertinuit et Magdeburgo erat subdita, sed evectio ad dignitatem abbatialem anno 1151 iam ut separatio a Saxonibus est consideranda, etsi legaliter nonnisi anno 1224 esset decreta, cum A. paternitati archicoenobii se subdiderit. Permultae „sorores nostrae" in necrologio occurrentes probant A. diutius aliis mansisse monasterium duplex, etsi nec in documentis nec in Vita Beati Ludovici, in qua fundatio et evolutio matura late describuntur, expresse de eis fiat verbum. Asceterium videtur fuisse ad latus septentrionale

ecclesiae. Paulatim moniales translatae sunt in parthenones sequentes: Affolterbach, Bethlenrode, Beselich, Brunnenburg, Enkenbach, Gommersheim, Keppel, Hachborn – qui omnes steterunt sub paternitate abbatis Arnsteinensis. Filiae: Münsterdreisen, postea etiam Ilfeld. Konrad von Marburg, inquisitor sinistrae memoriae et confessarius nimis severus Stae. Elisabeth, secundum quosdam auctores modernos[1] fuit canonicus Arnsteinensis, quae thesis nobis videtur plus quam dubia. Usque ad annum 1367 abbatia fuit exclusive nobilis, usque ad saeculum XVI saltem abbates de stirpe nobili esse debuerunt. Abbatia fertur medio aevo habuisse 72 ecclesias jure patronatus dependentes, qui numerus tamen authentice probari nequit et videtur esse longe exaggeratus. Post reformationem, quae parvum territorium abbatiae veluti insulam in medio regionis mere protestanticae dereliquit, et illam sub omni respectu aerumnis et damnis cumulavit, tantum abhinc administravit parochias A. et Winden cum succursali Weinähr. Abbas Joannes Schwenck (1702/30) jus pontificalium obtinuit. Lis de exemptione ab archiepiscopis Trevirensibus prolongata est usque ad annum 1756. Postremo disciplina erat collapsa, in vanum conventus anno 1774 postulavit permutationem canoniae in ecclesiam collegiatam. Abbas Evermodus Sauer resignavit anno 1786, nec habuit successorem. Anno 1802 canonia addicta est principi de Nassau-Weilburg, qui eam suppressit. Praeclara ecclesia, in stylo transitionis exstructa, post varias mutilationes et spoliationes facta est parochialis anno 1813, quo maior pars monasterii est solo aequata. Bibliotheca venit in Seminarium maius Limburgense, MSS vero quoad maiorem partem sunt venumdata, multa venerunt in Brit. Museum Londini (Harleian MSS). In paucis aedibus quae supersunt, annis 1869/71 primus abbas de Maredsous, Dom P. Wolter OSB, frustra monasterium sui ordinis stabilire conatus est. Hodie est ibi domus Congregationis SS. Cordium, vulgo Picpus.

Manuscripta et Archivalia: StA Wiesbaden 1520 dipl. 1141/1802; 480 fasc. acta s. XV/1815, necrologium s. XIII/XIV, copialia s. XV/XVIII – HStA München 12 dipl. 1197/1301 – Fürstl. Wiedsches Archiv Neuwied: 3 dipl. 1194/1453, Landesbibl. Darmstadt, Diözesanbibl. Mainz – Arch. Episc. Trier 2 doc. s. XVIII, Vita B. Ludovici (MS s. XVI) – BMun Nancy 992/II 12/30 – London British Museum Harleian MSS: Vita B. Ludovici s. XII.

Bibliographia: Ausfeld 72 – Backmund MaGSchr 64ff. – Bärsch (1855) 141/44 – Beyer/Eltester/Goerz I – Bock III – Brower/Masen II 2/16 – Brunner 768 – Cottineau 157 – Dehio IV 14 – Demandt II – DHGE IV 634/36 – Fabricius V 2, 256, 654 – Gall. Chr. N. XIII 661 – Gercken Reisen III 429 – Goovaerts I 103, 261, 545, II 263, III 44, 101, 133 – Gottlieb 20, 293, 298 – Grote 22 – HHD V 16 –

[1] Ita K. May in: JbHess. Landesgesch. I 1951 87/109, W. Maurer ibid. VII 37, et L. Clemm ibid. IX 1958 117. Argumenta eorum parum convincunt. Vide de hac re Anal. Praem. XXXI 1955 353/56.

Hardick 11, 103/12 – Hirsching I 170/72 – Hugo I 202, prob. 119/124 – JW 8239 – Keuffer/Kentenich 56, 177 – Kleinfeld/Weirich 117, 210ff. – Korth Urk. Köln nr. 143 – Kremer II 410/12 – Lehmann/Brockhaus 161 – LThK I 697 – Lienhardt Eph. Hag. 31, 59, 184, 236, 294, 305, Auct. 10 – Lotz/Schneider 7/14 – Luthmer III 212/26 – Paas Prov. Kap. – idem, Vis. Ber. – Potthast 8406, 17632, 26561/62 – Ramackers Urk. Nancy Nr. 30 – RegImp V 11116, VIII cf. ind. – Roth Briefsamml. 2, 63 – Sauerland, IV 779, VI 495 – Sponheimer 26/42 et passim – Stramberg Rh. Ant. II 13, 279, 303ff., 680ff., 3: 260ff., 693 – Stumpf/Brentano 3468, 3490 – Vogel 198/203 – Waefelghem 11/12, 373 – Wuerdtwein VI 234 – ZAK PAM – H. Beck, Kloster A. a.d. Lahn, Rheinische Kunststätten Heft 3, Neuß 1967 – L. Deneke, Das Mariengebet von A. (Deutsche Literatur des Mittelalters, Verfasserlexikon III, Berlin 1938, 245/47) – N. Friedemann, Die latein. und deutschen Lebensbeschreiber Ludwigs, des letzten Grafen von A. (Nass. Ann. IV 1855, 412/34) – R. Görz, Die Abteikirche von A., Wiesbaden 1881 – G. Heinrich, Die Grafen von A. (Mitteldeutsche Forschungen XXI, Köln 1961) – A. Henche, Kloster A. in den ersten Jahren nach seiner Auflösung (Die grüne Sonntagspost des Koblenzer Generalanzeigers 1935, Nr. 34, 27, 10) – idem, Die Landwirtschaft im Amte Nassau nach Ausweis der Arnsteiner Güterverzeichnisse, Beilage zur Lahnzeitung 1938, Nr. 164 u. 176 – K. Herquet, Urkundenbuch des Klosters A. 1142–1446, Wiesbaden 1883 – L. Jörss, Das Arnsteiner Mariengebet, Diss. Marburg 1920 – H. Kissel, Die alte Präm. Abtei A. Anal. Praem. V 1929, 148/56 – G. Kleimberg, Der romanische Taufstein aus dem Kloster A. (Wiesbadener Leben XXV, Dez. 1976, 6/8) – A. Kohl, A. die alte Präm. Abtei, Limburg 1902 – H. Köllner, Ein Annalenfragment und die Datierung der Arnsteiner Bibel in London (Scriptorium 1972 XXVI 34/50) – R. Macksprang, Die Bibliothek der vormaligen Präm. Abtei A. (Nassovia XXII 1921, 39/41) – idem, Weinbergerwerbungen des Klosters A. (Nass. Anzeiger I 1924) – idem, Aus älteren Arnsteiner Kriegsakten (Aus unserer Heimat, Beilage zum Nassauer Anzeiger 1934 Nr. 1) – H. Miedel, Die Präm. Klosterkirchen A., Beselich und Brunnenburg im Lahntal, Diss. Frankfurt 1956, succincte editum AMrhKG IX 1957, 266/70; et Nass. Ann. 1956, 285 – J. Mueller, Geschichte der wirtschaftl. Entwicklung der Präm. Abtei A., Diss. Münster 1918 – N. Schliephake, Geschichte von Nassau von den ältesten Zeiten bis auf die Gegenwart, Wiesbaden 1866/75, I 156 – A. Stara, Arnsteiner HSS im Staatsarchiv Wiesbaden, Anal. Praem. XIX 1943 61/62 – P. Werner, Arnsteiner Marienleich, aus einer Handschrift des 12. Jahrhs. übersetzt (Anal. Praem. XXXIV 1958, 253/73, cum fusa bibliographia) – D. Widmann, Das älteste Bücherverzeichnis des Klosters A. (Nass. Annalen XVIII 1883, 28/33) – N. Zaun, Zur Geschichte der Abtei A. (Nass. Annalen XV 394ff.) – Nass. Annalen II 1834, 121/46 – Catalogus reliquiarum capellae in A. (MS s. XIII) edd. Zaun, et Pertz in NArch VII 80 – Necrologium completum edd. Becker Nass. Ann. XVI, 1881 et partim Kremer, Würdtwein et Schliephake l. c. – Vita Ludovici edd. De Buck, Boehmer FRG III 326/29, Hugo SAM II 34/58, et Widmann in Nass. Ann. XVIII (1883/84) 412/34.

## Series praesulum (DHGE)

Godefridus (praepositus) 1139–51
Eustachius (ut sequentes, abbas) 1151–80
Richolfus 1180–96
Herbordus 1196/98 (1204?)
Ensfried ca. 1200?
Heidenricus 1208/11
Anselmus 1211, res. ca. 1216

Theodoricus 1226–55
Ortwinus 1255–59
Arnoldus 1259–72
Hermann 1272–76 res.
Johannes 1276–83
Hermann 1283–91
Winrich 1291–97
Rorich 1297–1301
Heinrich 1301–03
Gerhard 1303–07
Theodorich 1307–15
Robert 1315–23 res.
Wilhelm v. Staffel 1323–67
Gerhard Burschet 1367–68
Heinrich v. Miehlen 1368–80
Arnold v. Krummenau 1380–97 dep.
Petrus Print 1397–99 res. † 1424
Johannes v. Ulbach 1399–1420
Ortlieb Donner 1420–47
Daniel Rabenold 1447–58
Meffried Löner 1458–73
Friedrich Rußmann 1473–78
Folbert v. d. Hees 1478–79
Petrus v. Selbach-Lohe 1479–89
Adam Andermann 1489–1527
Johann Bechel 1527–31
Laurentius Bach 1531–45
Heinrich Monsch 1545–56
Heinrich Schupp 1556–74
Emmerich Teufel 1574–92
Petrus Marmagen 1592–1604
Johann Horn 1604–20
Johann Bingel 1620–31
Wilhelm Eschenau 1631–63
Anton Schlinckmann 1663–97 res.
Petrus Aldenhoven 1697–1702
Johann Schwenck 1702–30 res.
Nikolaus Matzenbach 1730–60
Joseph Seul 1760–76
Adam Traudes 1776–78
Evermod Sauer 1778–86
Inseri nequit:
Conradus Necr. Rommersdorf 19. XI

## BEDBURG B.M.V. et St. Joannis Bapt.

Bedde-, Bede-, Bethe-, Bedu-, Beth-, Bete-, Beyde-, Beedbur-, -bure, -buir, -buyr, -buren, -ber, Bebber, Castrum Orationis.

Prope Kleve in limitibus Neerlandiae, Rhenania, Dioec. Köln, nunc Münster. Vitetur confusio cum Bedburg in districtu Bergheim, ubi fuit monasterium Eremitarum Sti. Augustini.

Monasterium duplex, dein parthenon. Fundatum, ut fertur, anno 1124 ab Arnoldo II comite de Kleve pro canonicis, sed probabiliter iam ab initio fuit monasterium duplex. Anno 1141 inde postulatur quidam canonicus nomine Gebhardus Coloniensis in praepositum Windbergensem in Bavaria. Anno demum 1138 prima vice authentice occurrit, confirmatio papalis anno 1143. Nescitur mater eius, in posterum fuit sub paternitate abbatis Steinfeldensis, ad tempus etiam Cappenbergensis et Hambornensis. Anno 1160 moniales primum in documentis occurrunt, quae mox praevalent. Anno 1252 adhuc

ibi fuerunt „fratres“, de quibus vero an. 1272 non iam fit mentio. Anno 1308 iam est merum asceterium. Videtur fuisse praelatura sui juris sicut Heinsberg et Houthem. Status personalis huius parthenonis exclusive nobilis 1379: 35, 1476: 8, ab anno 1519 numerus fixus: 16; anno 1771: 10 domicellae lutheranae et 5 catholicae. Parochiae incorporatae: Qualburg, Kellen, et Kleve St. Joannis Evang. Patronatus in Kekerdom. Saeculo XV collapsa est disciplina, sed omnia conamina reformationis fuerunt in cassum. Ab anno 1499 canonissae resederunt in Kleve, sed fuerunt vestitae in B. Anno 1519 machinationes earum successerunt, et B. mutatum est in canoniam saecularem, frustra reclamante ordine. Archiepiscopus subdidit eas praeposito Sti. Victoris in Xanten. Saec. XVI canonia mox facta est simultanea. Ecclesia corruit, praeter turrim et chorum anno 1774 deleta est, sicut et totum monasterium. Anno 1804 ecclesia desolata et satis ruinosa, facta est parochialis, et annis 1901/02 reconstructa est in statum pristinum. De domo in Kleve nil superest omnino.

Archivalia: StA Düsseldorf 222 dipl. 1138/1802, Kopiar s. XVI, acta varia (v. Ilgen 60) – Stiftsarch. Xanten: Chronik b. Pels Sammelband I 356 –

Bibliographia: Bärsch 103/04 – Binterim/Mooren I 97 – Börsting/Schröer I 307/08 – Brom Reg. Utr. 619, 842, 848 – idem, OBStUtr II cf. ind. – Caesarius II 255 – Clemen I 4, Kr. Kleve, 12/17 – DHGE VII 394 – Ewald IV 3. Lf. 43 – Fabricius V 1, 304; 2, 636 – FormPr Nr. 287 – Gelenius 754 – Goovaerts I 297, III 176 – Grote 36 – HHSD III 56 – Hugo I 241, prob. 151/84 – Joester Urkb. cf. ind. – Lacomblet I, 404, 463; III 276, 360 – Lienhardt Eph. Hag. 312 – Oediger 45/48 – PAAS Kampf – Podlech III 105/08 – Potthast 25 585 – RegImp V 10 216 – Sauerland V 679, 984 – ZAK PAM – A. Fahne, Chroniken u. Urkundenbücher hervorragender Geschlechter, Stifte u. Klöster, Köln 1874, III 16/19 – R. Knipping, Zwei unbekannte Königsurkunden für das Kloster B. (BGNR XVII 1902, 29/34) – OHZ II 912, cf. 511, item Suppl. 28, 301 – K. Rüdell, Umbau der kathol. Pfarrkirche in B. (Zschr Chr K, IX 1896, 181/90) – (A. Otten), 150 Jahre Pfarrkirche B. 1804–1954, Kleve 1954 – R. Scholten, Das ehemal. adelige Präm. Stift B. bei Kleve, Kl. 1901 – L. Sloet, Het hoogadellijk vrij wereldlijk stift te B. bij Kleef, en zijn juffers, Amsterdam 1879 (cartularium) – idem, Oorkondenboek van Gelre en Zutphen 2 voll. Arnhem 1872 – W. Stüwer, Die Patrozinien im Kölner Großarchidiakonat Xanten, Köln 1958, 80, 206 – N. Terwelp, Das Präm. Kl. B. bei Kleve, (Niederrhein. Geschichtsfreund 1879, 77/100). –

## Series praepositorum
(sec. Sloet Het adell. Stift cxcvj, et Ramackers Adl. Stifte)

Herimann 1138
Winrich 1162/70
Norbertus inter 1186 et 1202
Reinhold ca. 1200
H . . . . . . ... 1228
Petrus 1251
Bernhard 1319
Johannes 1323/24

Wessel 1339/48
Jan van Apeldorenbeek 1354/64 res. ante 1365
Lambertus 1358/63
Leo v. Mörmter 1364/70, 1376
Arend va. d. Wiele 1370/72
Evert Frydach 1375/79
Jacobus v. Maasbommel 1390
Zeger 1393/95
Dirk v. Bradbeek 1408/15
Dirk Estes 1418/22
Rutger v. Hambroek 1427/50
Marcelis v. Macharen 1452 postea abb. in Berne
Jan van Bell 1455/73
Bartholomaeus (Bertold?) v. d. Have 1475/84
Hendrick Kerkerinck 1487/89
Rudolf v. Langen 1490/92
Jan Steenhuis 1492 res.
Geert van Thij 1492/1514
Paul van Overheit 1514/19

inseri nequeunt: Walter 19. II et Wilhelm 24. VII Necr. Prémontré et Berne (Arch. Archiep. Mechliniense, cui et inserti sunt Ywanus 22. V et Henricus Stakenborch 30. V).

Series priorissarum (SLOET)

Ludgard 1323
Ydela 1324
Margareta comit. de Cleve 1329
Maria de Cleve 1344/48
Ermgarde 1348
Irmgard de Winkelhausen 1364/65
Mabelia van Embrick 1379
Johanna van Gameren 1390
Elisabeth 1408
Jutta van Eijl 1415
Arnolda van Dorth 1418
Mechtild van Broeckhuisen 1438/43
Griet Steck 1467
Conrada Steck 1473
Wibberich van Velen 1483/93
Gerarda van Gent 1498–1508 dep.

## BERENTROP B.M.V.

Silvia S. Mariae Virginis, Marienwald, Bertelinctorpe, -lingtorp, -lindorf, Bertelndorf. Vitetur confusio cum Berendorf, de quo infra sub praetermissis.

Prope Neuenrade, Westfalia. Dioec. Köln, nunc Essen.

Praepositura, dein prioratus. Etsi authentice non ante annum 1220 occurrerit, fundatio anno 1146, quam praetendit Hugo, veritati aliquatenus concordare potest, insertum est enim omnibus catalogis antiquioribus tamquam „Silva Stae. Mariae". Fundatores fuisse equites de Ardey, ut ipse dicit, est possibile, sed probari nequit. Obituario de Prémontré, ad 24. oct., insertus est „Theodoricus praepositus et fundator loci in Berlingro", a manu quidem saeculi XIII ineuntis (ante 1219). Berlingro est probabiliter corruptela pro

Bertelinctorpe = Berentrop.[1] Forsan initio fuit monasterium duplex, ut erat de more hoc tempore in circaria. Filia de Scheda. Anno 1220, cum obtinuit patronatum in ecclesiam de Werdohl, ibi degebant 5 canonici, 4 clerici et „conversi quam plures“ Avocati erant equites de Rüdenberg. Dotatio videtur fuisse insufficiens, quia saec. XIV monasterium declinavit et elanguit. Anno 1324 loco praepositi iam habuit priorem tantum, sed adhuc gaudebat proprio conventu. Mox vero videtur haec domus fuisse omnino collapsa, anno nempe 1356 canonia Scheda alienavit omnia bona monasterii de Berentrop[2] praeter curiam ipsam, quod aequiparari potest suppressioni huius domus tamquam formatae. Abhinc fuit curia et parochia ecclesiae Scheidensi incorporata, sicut et Werdohl. Residebat ibi tantum praepositus vel prior, qui fuit parochus simul ac administrator. Anno 1617 a fide defecit praepositus secutus est ei adhuc unus catholicus, qui secessit an. 1630 in Scheda, quae abhinc prioratum cum reliquis bonis locavit laicis. Anno 1669 ecclesia fuit lutherana, monasterium erat diversorium. Paulo post annum 1786 Scheda omnia vendidit. Nunc de aedificiis fere nihil superest.

Archivalia: StA Münster perpauca diplomata s. XIV/XVI (Bestand Scheda) – Stadtarchiv Neuenrade, Bestand Berentrop. (Acta s. XVII/XVIII)

Bibliographia: Bärsch 104 – Hugo I 325 – Knipping II cf. ind. – Ludorff 144 – Schmitz Kallenberg 6 – Schneider 15, 105, 116 – Steinen 150 – Westf. Urkb. IV 87, 88, VII 117, 185, 186, 855 – Neuhaus in Westf. Zschr. LXXVI 1918, 105/06 – J. Waltermann in: Süderland XIII 1935, 75 ff. – idem, Berentrop (Der Märker IV, 1955, 55/59) – Westf. Zschr. LI 1893, 43.

### Series praesulum (Waltermann)

#### 1. Praepositi

Theodoricus 11..
Ludolf 1220
Volkwin 1231
Bruno 1254/50
Adam 1271/78, † ante 1287

#### 2. Priores

Lubertus 1324
Dietrich 1404
Wilhelm v. Galen 1536/40
deinde praep. in Scheda
Johann Sundag 1540–52
deinde praep. in Ölinghausen

[1] Waefelghem, editor dicti obituarii, putat hoc esse idem ac abbatia Barlings in Anglia. Atqui illa fundata est an. 1154, et numquam habuit praepositos, nec fundator eius fuit Theodoricus quidam. Alia domus a praepositis gubernata, similis nominis, non est nota.

[2] Fieri potest, hanc communitatem exiguam fuisse exstinctam per pesten quae hoc tempore vehementer viguit.

N. v. Ossenbrock –1580
N. Pöppinghaus –1610, † 1618
Kaspar v. Graffen 1618–30
Jodocus v. Isnaften 1630–33[3]
Adolf v. Schade 1664

## BESELICH B.M.V. et SS. Petrus et Paulus (S. Aegidius?)

Beslich, Bisselech, Besleych, Byeselich, Beseleg (Quod nomen venit de voce „basilica", quod innuit ibi fuisse iam antea ecclesiam pervetustam).

Vitetur confusio cum Besselich, asceterio Ord. Sti. Francisci prope Koblenz.

In parochia Obertiefenbach prope Hadamar, Hessen Nassau, Dioec. Trier, nunc Limburg.

Parthenon, prioratus. Godefridus canonicus ecclesiae collegiatae de Dietkirchen, qui et fundavit parthenonem de Altenberg, anno 1160 tradidit ecclesiam in B. quam ille anno 1149 vel 50 loco antiquioris construxerat, abbati Arnsteinensi ad fundandum ibi asceterium. Confirmatio archiepiscopi anno 1163. Ludovicus comes Arnsteinensis, qui tot monasteria fundaverat, etiam ad hanc fundationem contribuit. Probabiliter pars sororum Arnsteinensium eo est translata. Moniales enim Beselicenses diu cum Arnstein unam formaverunt communitatem, in manus abbatis semper professae sunt, et quarum prior fuit ad nutum illius. Annis 1420/30 tantopere elanguit, ut proventus ne ad unam sufficerent alendam monialem, et magistra sola habitaverit in domo. Tunc abbas Arnsteinensis visitatori circariae, nempe abbati Steinfeldensi proposuit, asceterium supprimere et mutare in canoniam virorum[1] praeposito subditam, ut illo saeculo factum est in Dorlar, Reichenstein et Niederehe. Tamen visitator noluit annuere, et revixit parthenon per turbam virginum ex Gommersheim advocatam. Bona viguit exinde ibi disciplina, donec toparcha Nassoviensis sororibus ab anno 1550 praedicantes lutheranos obtruserit. Monasterium dein versum est in scholam pro filiis nobilibus et in asylum vetularum sub tutela praedicatoris cuiusdam protestantis. Ultima soror catholica obiit anno 1598. Iam ab anno 1615 destructio monasterii et ecclesiae coepit. Anno 1620 est saecularisatum, et factum condominium dynastarum de Nassau-Diez et de Wied-Runkel. Anno 1628 ordini restitutum est, sed anno 1631 „per sinistra narrata" Patres Societatis Jesu monasterium sibi arripuerunt, qui destructionem aedium perfecerunt. Ordo

---

[3] Ita secundum Waltermann. Quod nomen certe est corruptela.

[1] Joester Steinf. Urkb. Nr. 495.

noster statim litem initiavit, sed absque successu. Anno 1656 princeps Nassoviensis redemit Beselich a Patribus Societatis pro 6000 florenis, et abhinc erat praedium camerale. Nunc gymnasium Hadamarense possidet redditus bonorum illius. Hodie est praedium, superest modica ruina ecclesiae. Excavationes nuper probaverunt eam fuisse romanicam, trium navium et satis amplam.

Archivalia: StA Wiesbaden 140 dipl. 1163/1631, 84 fasc. acta s. XVI/XVII, excerptum necrologii an. 1641.

Bibliographia: Bärsch 105/06 – Becker 186, 289, 305 – Beyer/Eltester/Görz I 638 – Brower/Masen Metr. Trev. II 119 – De Buck 121/30 – Demandt II cf. ind. – Gall. Chr. Nova XIII 522 – Grote 157 – Gudenus II 16, 26 – HHSD IV 41 – Hirsching 373 – Joester Urkb. cf. ind – Kleinfeld Weirich 143 – Kremer III 195/97, 374 – Lehmann Brockhaus 161 – Lotz/Schneider 25ff. – Luthmer III 37/39 – Marx II 2, 201 – Paas Prov. Kap. – Stramberg III 1, 10/45 – Vogel 754 – Waefelghem 34 – ZAK PAM – J. Arnoldi, Geschichte der Oranien-Nassauischen Länder und ihrer Regenten, Hadamar 1799, II 41/45 – A. Gensicke, Gottfried von Beselich. Untersuchungen über die Anfänge der Klöster Altenberg, Walsdorf und Beselich (Nass. Ann. LXVIII, 1957, 33/40) – K. H. May, Territorialgeschichte des Oberlahnkreises Marburg 1939, 224/25 – Miedel v. Arnstein – H. Otto, Kloster B. (Nassauer Bote LVI 1926, Nr. 17, 19, 35, 55, 83, 94/97) – K. Pagenstecher, Die Geschichte der Gegenreformation in Nassau, Hadamar, 1897 – F. A. Schmidt, Beselicher Grabinschriften (Land u. Leute am Oberlahnkreis, Weilburg 1926, 9/10) – W. H. Struck, Die Klöster Bärbach, Beselich und Gnadenthal; das Johanniterhaus Eschenau und die Klause Fachingen (Veröffentlichungen der Histor. Kommission f. Nassau XII 3, Wiesbaden 1961, 279/81) – G. Wagner, Die Aufhebung des Klosters B. (Nassauische Heimat 1923, Nr. 7–8) – idem, Kloster u. Wallfahrtsstätte B., Wiesbaden 1935 – idem, Der Nachlaß des Klosters B. (Nassauer Bote LVI 1926, Nr. 3–6 – N. Wolff, Kloster B. (Zschr. f. Nassauische Gesch. u. Heimatkunde XI 1910, 299/301) – Kloster und Wallfahrtsstätte B. (Kirchenkalender f. die Katholiken der Stadtpfarrei Limburg XVII 1938, 44/53).

## Series priorum (Hess. HStA Wiesbaden)

Conradus
(in necrol. Arnsteinensi 17, I)
Anselmus 27. 6
Eckhardus 27. 5
hi tres ante annum 1231
Arnoldus 1231/54
Gerlacus 1254/87
Henricus 1287/1304
Godefridus 1304/25
Petrus de Hobelsberg 1325/51
Widukind v. Hattstein 1351/86
Johannes v. Heydendorff 1386/1411
Petrus Bingeler 1411/20
Interregnum 1420/28
Johannes Monster 1428/60
Friedrich v. Helfenstein 1460/88
Johannes Armsbrüster 1488/1530
Gerhardus 1530/34
Tilmannus 1534/55
Jodocus Aldenfeldt 1555/63
Johannes Alberti 1563/80

Marcus Weillenau 1580/88
Leonardus Contzen 1588/91 (lutheranus intrusus)
Guliemus Essenau 1628/29
Joannes Schnorrenberg 1629/31

Series magistrarum (ibidem)

Primae quinque vixerunt ante an. 1290 et notae sunt tantum ex necrologio ut supra:
Jutta 24. 11; Gisela 22. 3; Lucardis 6. 4; Sophia 12. 9, et altera Sophia 28. 9.
Hadewigis 1290/1317
Sophia 1317/29
Elisabeth de Elckershausen 1329/46
Benigna de Basheim 1346/51
Elisabeth de Vassenheim 1351/80
Gertrudis de Wilenburg 1380/1402
Lucardis de Allendorf 1402/04
Alberadis 1404/15
Diemuth von den Erlen 1410?
Demudis v. Hartenfels 1415/21
Catharina v. Schwalbach 1421/24
Agnes Hube v. Hohenstein 1424/28
Margareta de Willensdorff 1428/61
Gertrud von Wintern 1461/79
Cunigundis de Rodenheim 1479/1505
Anna v. Heppenheft 1505/28
Anna v. Brambach 1528/68
Sophia de Ronskell 1569/77
Ida von Wied 1577/1600
Diemudis Reich intrusa
Catharina de Hove ca. 1630

## BLANKENBERG St. Catharina

Pax Dei
Prope Siegburg, Rhenania, Dioec. Köln.

Parthenon. Mechtildis comitissa de Sayn, exsequendo ultimam voluntatem sui defuncti mariti, debuisset fundare duo asceteria Ordinis Cisterciensis in locis assignatis. Atqui de facto unum ex illis fundavit anno 1246 in loco inepto et quidem pro Ordine Praemonstratensi, sub paternitate abbatis Steinfeldensis, ut patet ex instrumento in archivo Düsseldorfensi asservato.

Mechtildis, remorsu conscientiae vexata, quia tenorem verbalem testamenti viri sui neglexisset, anno sequenti Summum Pontificem adiit rogans ut casum hunc decideret. Ille vero legato suo, abbati Heisterbacensi, imperavit, ut parthenonem in Ordinem Cisterciensem reciperet. Asceterium, quod paulo post translatum est in Zissendorf, sub regula Cisterciensi floruit usque ad annum 1802.

Bibliographia: Fontes Ordinis nesciunt – Joester Nr. 86 – Lacomblet II 167, Nr. 321 – Knipping II Nr. 1247 – N. Schmitz Urkundenbuch der Abtei Heisterbach S. 192, Nr. 104.

## BREDELAR St. Laurentius

Prope Brilon, Westfalia. Dioc. Paderborn.

Parthenon, fundatus a Philippo de Heinsberg, Archiepiscopo Coloniensi anno 1170. Propter vitam suam minus ordinatam hae moniales iam anno 1196 ab Adolpho Archiepiscopo translatae sunt in Rumbeck, ubi unitae sunt illis, quas canonici Arnsbergenses recedentes ibi dereliquerant Bredelar vero ab eodem Archiepiscopo datum est monachis O Cist qui ibi abbatiam florentem habuerunt usque ad annum 1803 Nunc est fabrica.

Archivalia: Staatsarchiv Münster

Literatura: Amissum a Hugo – Waefelghem 44, 374 – Ianauschek 203 – Schmitz Kallenberg 12 – J. Hennecke, Geschichte des Klosters B. Marsberg 1937 – DGHE – J. S. Seibertz, Geschichte der Abtei B. in Grote Jahrbuch für Westfalen u. Niederrhein, Coesfeld 1817, I 82/165.